A la Sainte Vierge, Antienne.

Sub tuum præsidium confugimus, sancta Dei Genitrix: nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus; sed à periculis cunctis libera nos semper, Virgo gloriosa & benèdicta.

A l'Ange Gardien, Antienne.

Angele Dei, qui custos es mei, me tibi commissum pietate supernâ hodiè illumina, custodi, rege & guberna. Amen.

Aux Saints, Antienne.

Sancti Dei omnes, intercedere dignemini pro nostrâ omniumque salute.

V. Pretiosa in conspectu Domini,

R. Mors Santorum ejus.

Oraison.

Sancta Maria & omnes Sancti intercedant pro nobis ad Dominum, ut nos mereamur ab eo adjuvari & salvari: Qui vivit, &c.

Oraison.

Dominus nos benedicat, & ab omni malo defendat, & ad vitam perducat æternam. Et fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. Amen.

Quand on sonne l'Angelus, *au matin, à midi et au soir.*

Angelus Domini nuntiavit Mariæ: & concepit de Spiritu sancto, Ave, Maria, &c.